

Sed ad alia non minora mendacia transeamus. Habet 4. Physico capite 2:<sup>53</sup> Ideo etiam Plato materiam et regionem idem ait esse in Timaeo. Susceptivum namque et regionem unum et idem, alio modo ibi dicens susceptivum, et in iis, quae dicuntur non scripta dogmata, attamen locum et regionem idem pronunciavit. Falsa sunt haec omnia. Nam cum Plato in Timaeo de idea locutus esset et forma ab ea participata: ostendere est aggressus in quo forma haec consisteret, idque materiam statuit his verbis:<sup>54</sup> Tunc enim duas species distinximus, nunc vero tertium aliud genus nobis declarandum. Duo enim sufficientia erant ad ea, quae prius dicta fuerant. Unum quidem ut exempli species suppositum intelligibile et semper secundum idem existens: imitationem vero exempli secundum generationem habens et visibile. Tertium autem tunc non distinximus. Putantes duo habere sufficienter: nunc vero ratio videtur cogere arduam et obscuram speciem, conari sermonibus manifestare, quam ergo habens potentiam et naturam ipsum putandum? Talem maxime omnis esse generationis susceptaculum veluti nutricem.

Materia ergo [345] tertia haec species est, de qua postquam multa verbis multis disseruissest, addit:<sup>55</sup> Omnia vero suscipientis corpora naturae et<sup>56</sup> suscipit enim semper omnia. Et cum dixisset:<sup>57</sup>

<sup>53</sup> διὸ καὶ Πλάτων τὴν ὑλὴν καὶ τὴν χώραν τὸ αὐτό φησιν εἶναι ἐν τῷ Τιμαίῳ. τὸ γὰρ μεταληπτικὸν καὶ τὴν χώραν ἐν καὶ ταύτον [ταυτόν]. ἄλλον τε τρόπον ἔκει λέγων τὸ μεταληπτικὸν καὶ ἐν τοῖς λεγομένοις ἀγράφοις δόγμασιν, ὅμως τὸν τόπον καὶ τὴν χώραν τὸ αὐτό ἀπεφήνατο. [ARIST. Ph. 209b.11 – 16]

<sup>54</sup> τότε μὲν γὰρ δύο εἴδη διειλόμεθα, νῦν δὲ τρίτον ἄλλο γένος ἡμῖν δηλωτέον. τὰ μὲν γὰρ δύο ἵκανὰ ἦν ἐπὶ τοῖς ἔμπροσθεν λεχθεῖσιν, ἐν μὲν ὡς παραδείγματος εἶδος ὑποτεθέν, νοητὸν [ὑποτεθέν νοητὸν] καὶ ἀεὶ κατὰ ταύτα [ταυτὰ] ὅν, μίμημα δὲ παραδείγματος δεύτερον, γένεσιν ἔχον καὶ ὁρατόν, τρίτον δὲ τότε {μὲν} οὐ διειλόμεθα, νομίσαντες τὰ δύο ἔξειν ἵκανῶς. νῦν δὲ ὁ λόγος ἔουκεν εἰσαναγκάζειν χαλεπὸν καὶ ἀμυδρὸν εἶδος ἐπιχειρεῖν λόγοις ἐμφανίσαι [ἐμφανῆσαι]. τίνα οὖν ἔχον δύναμιν καὶ φύσιν αὐτὸν ὑποληπτέον; τοιάνδε μάλιστα πάσης εἶναι γενέσεως ὑποδοχὴν αὐτὴν [αὐτὸν] οἷον τιθήνην. [PLATO, Ti. 48.e.3 – 49.a.6]

<sup>55</sup> τῆς δὲ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως. [PLATO, Ti. 50.b.6]

<sup>56</sup> δέχεται {τε} γὰρ ἀεὶ τὰ πάντα. [PLATO, Ti. 50.b.8]

<sup>57</sup> τὰ δέ εἰσιόντα καὶ ἔξιόντα. [PLATO, Ti. 50.c.4 – 5]